

cio : * quia in æténum non commovébitur.

In memória æténa erit justus : * ab auditíone mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, ¶ confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat ini-micos suos.

Dispérsit, dedit paupéri-bus : ¶ justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascé-tur, ¶ déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.

Psalmus 140.

LAUDATE púeri Dómi-num : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini bene-dictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudáble nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :

Ut collocet eum cum princípibüs, * cum princípi-bus pópuli sui.

Qui habitáre facit stéri-lem in domo, * matrem filiò-rum lætántem.

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Dómi-ne in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua, et veritaté tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invo-cávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómi-ni : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dómi-